HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 74r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

mentitur eis. Lxx Noli gaudere israel et noli letari sicut populi. quia fornicatus es a deo tuo dilexisti munera super omnem aream tritici. Area et torcular non cognoscent eos et uinum mentitum est illis. quia a deo recesserunt. Cum infundum uenerint peccatorum et desperauerint salutem suam uniuersa contempnent. Veniq; et recedens israel a lege dei. et colens ydola ex multis gentibus. una gente se esse dicit. gaudens et gratulans quod a dei noticia recesserit. et sit gens mixta cum ceteris. Et propterea nunc corripit eos et dicit. Ne gaudeas ne letaris. nec putes tale te. ut sunt ceteri nationes. Aliter enim nesciens dm. aliter puniturus recedens a deo. quia seruus qui scit uoluntatem dni sui. et non facit eam uapulabit multum. Mercede fornicationis tuae areas multas et torcularia reputasti. ut rerum omnium habundantia fruereris. Ideoq; area et torcular uinum tritico; non facient. et mentietur eis torcular. siue negabit uinum suum. quos in ebriandos putabat. Legimus subachab rege israel et helia pphta. famem grauissima fuisse in samaria. ita ut matres filios suorum cadauerib' uescerentur. Eo tempore iuxta litteram area et torcular non pauit eos. et uinum mentitum est eis. et in egestate tabuerunt. Dicit et ad hereticos. ne exultent aut letentur. et putent se similes ceterarum nationum. Ille enim non crediderunt in dm. istum sub nomine dei ydola colunt et fornicantur a deo suo. et plures sibi areas et torcularia infinita multiplicant et comedent tritici de quo efficitur panis luctus. et bibunt uinum sodomorum qd cum aspidum felle calcatur. et qa sibi plura torcularia et areas multas pparant. id circo de uera et de una area et torculari qd calcauit dns iho. non uescent et non bibent. sed qd cumq; se habere putauerint. mendacio deprauabit. Non habitabunt in terra dni. reuersus est ephraim in egiptum. et in assyrius polluta comedit. Non libabunt dno uinum. et non placebunt ei sacrificia eorum. Quasi panis luguentum. omnis q comedunt illum contaminabunt. qa panis animae ipsorum non intrabit in domum dni. Lxx Non habitauerunt in terra dni. habitauit ephraim in egipto. et in assyrius in mundum comedit. Non libauerunt dno uinum. nec placuerunt ei sacrificia eorum. quia panis luctus eis. omnis q manducauerunt ea contaminabunt. quia panis animarum eorum non intrabit in domum dni. Non solum area et torcular non pauit eos. et uinum mentitum est in ira israel quando pueriorum et mensis sex cuncta perient. sed et ipsi habitatores recedent de terra dni. et ducent in iram alienam ne habitent in terra sca. qua suis fornicationib' polluerunt Reuersus